Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26004
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Iam sicut tota paschalium obseruantia cerimoniarum
precepta et totum mysteria sacra redolet in primis nam quinquagesimum
in dominici paschae celebratione iuxta legis decreta curam ut indelicet
sollemnitas in qua mediator dei et hominum destructa potestate tenebrarum
mundo lucis iter aperuit. et ita temporis ordine foras quod intus habeat os
tendit. et quod nobis eternae beatitudinis lumen promittit tunc maxime celebretur
cum solis lumen annuo proficiens incremento primam sumit de noctis umbra
victoriam. deinde mense primum anni quem et nouum uocamus in quo pascha celebre
mus adtendum. ipse autem et missis in quo mundus iste formatus. et homo et
primum in paradysi sede locatus quia primum mysteria sollemnitatis primam nos
stola recepturos primum supernae beatitudinis regnum a quo in longinqua
regione discessimus nos repetituros esse speramus. De cui gloria regni beatus
apostolus petrus. Celos autem nouos inquit et terram nouam secundum promissa ipsius ex
spectamus in quibus iusticia habitat. Et iohannes in apokalipsi sua. et dixit
qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Deinde etiam terciam mensis
eiusdem septimanam in pascha obseruamus qua resurrectionis dominicae gau
diis aptissime congruit. quia eadem sacro sancta eius resurrectio tercia
die facta est et tercio tempore sancti idem cum gratiae celestis aduentu tota
eius incarne dispensatio. quae resurrectionis consumata est gloriam mundo
apparuit primam namque sancti tempora lege naturali ppatres. media lege
litterali ppropheas. extrema karissimae spiritali ipse ipsum uenientem illus
trare dignatus est. Et ipsa tertia lunae conuersio pulcherrimum nobis sacramentum
celestis spectaculum praebet. Namque luna quae rotundi facta est se cematis
a sole lumen ut supra diximus accipit. ideoque semper ex dimidio orbe quod
a sole habet lucida est ex altero autem dimidio semper obscura a prima
usque ad xv. lucis crementum ad terras defectum habet ad celos. a xv.
autem usque ad nouissimam crementum eiusdem suae lucis a terrenis auersum
paulatim ad celestia reuertit. quae numerum eius conuersio recte paschalis
gaudii mysteria signat. quibus omnem mentis nostrae gloriam auditibilibus
auertere delicis caducisque fauoribus atque ad solam celestis gratiae lucem